

1791r.

Schlemmer de Ehrenrang Nepom. medicus Reg. Pol.

Nota S. R. M. Stanislao Augusto



*No 68*

# V O T A

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI  
S T A N I S L A O A U G U S T O

DIE ANNIVERSARIÆ ELECTIONIS,

à Nepomuceno SCHLEMER de Ehren-Ring Medicinæ Do-  
ctore, et Suœ Regiæ Majestatis  
C O N S I L I A R I O ,

quām devotissimè

O B L A T A.

---

V A R S A V I Æ

Die 7. Septembris Anno 1791.

A T O V  
S T A N I S L A D O V E C K I



XVIII. 2. 257

V O T A  
R E G I O P T I M O.

---

REX Augste, PATER Patriæ, mitissime PRINCEPS!  
Suscipe, quæ pronus fert Tibi vota cliens!  
Octavus post bis denos bene nascitur Annus,  
Quô Regale Tuum fert Diadema Caput.  
Hunc Tibi felicem signatumque omine faustō,  
Ac centum similes Natio tota vovet.  
Parum est: applaudens hoc tota Europa precatur,  
Quæ Regum exemplar Te venerando vocat.  
His junctim mea vota sonant fidissima Regi,  
Et quæ sincerō pectore fusa fluunt.  
Quæ Tibi Sceptra dedit Mens provida Numinis Almi,  
Hæc quoque perpetuâ Te tueatur ope.  
Hæc Tibi per longos pia gaudia conferat Annos,  
Gaudia, quæ semper sumere dignus eras;  
Ut persentiscas latus Te semper amari,  
Atque Tuum NOMEN Cordibus esse sacrum.

)2(

( \*\* R \*\* )

---

Nam Tua Virtutum, quis dignè encomia cantet?  
Aut laudare satis, quis Tua facta queat?  
Hactenus optatæ fruimur quòd munere pacis,  
    Hoc Tua, REX, Virtus ingeniumquè dedit.  
Quòd florent pacis Studiis et Artibüs Urbes,  
    Hoc fecit Regis sollicitudo boni.  
Quòd nova sit Regni facies miranda per orbem, (a)  
    Contigit auspiciis, REX STANISLAE, Tuis.  
Interdum inveniunt Reges jam condita Regna;  
    Te constat Regnum constituisse Tibi:  
Nam quæ concusso jam pridem jure jacebant,  
    Hæc erexisti condita Jure novo.  
Hinc Pater es Regni, Fundator Romulus alter,  
    Aut potius clemens absque crurore Titus. (b)  
Ast ecur aliis Te comparo? Vita aliorum  
    Est potius factis assimilanda Tuis.

---

(a) Nostram enim Novam Constitutionem omnibus aliis Constitutionibus Europa anteponit, ut omnes nostrates fatentur, qui ex peregrinationibus redeunt.

(b) Hæc non sunt figuræ Poéticæ, sed factis sole clarior veritas. Utinam Organum Sensorii petrificaretur iis, qui falsis adulatio[n]ibus, veluti insidiosæ Sirenes, pessimandant Rectores Mundi!



Hæc etenim monstrant, quòd mansuetudinis arte  
Servetur pulsô firma furore quies.  
Constans pacis amor, sapiens moderatio Regis  
Errantes animos pacificare docet.  
Humani fautor generis, spes certa suorum,  
Auxilium gentis deliciæque suæ;  
Accessu facilis, mixta gravitate verendus,  
Supplicibus portus confugiumque Sacrum.  
Quos quandoque premit paupertas indiga rerum,  
Hos recreas largâ munificâque manu.  
Nemo Tua à facie nisi munere latus abivit;  
Quisque suis precibus vidi adesse locum.  
Hæc prudens bonitas Musas attraxit et artes,  
Larga Viris doctis præmia distribuens.  
Hæc quoque justitiæ fecit splendescere Lumen,  
Juraque constituit Civibus æqua suis.  
Ut patrios etiam defendat ab hoste penates,  
Lechiacis Castris arma Virosque dedit.  
Sic Europæo Regnum hoc erexit in orbe,  
Ut propè jam primô gaudeat esse locô.  
Tertia nempè dies Maji celeberrima in ævum,  
Complevit populis jubila vera suis.



Nam Tua Virtutum, quis dignè encomia cantet?  
 Aut laudare satis, quis Tua facta queat?  
 Hactenus optatae fruimur quòd munere pacis,  
 Hoc Tua, REX, Virtus ingeniumquè dedit.  
 Quòd florent pacis Studiis et Artibüs Urbes,  
 Hoc fecit Regis sollicitudo boni.  
 Quòd nova sit Regni facies miranda per orbem, (a)  
 Contigit auspiciis, REX STANISLAE, Tuis.  
 Interdum inveniunt Reges jam condita Regna;  
 Te constat Regnum constituisse Tibi:  
 Nam quæ concusso jam pridem jure jacebant,  
 Hæc erexisti condita Jure novō.  
 Hinc Pater es Regni, Fundator Romulus alter,  
 Aut potius clemens absque crurore Titus. (b)  
 Ast ecur aliis Te comparo? Vita aliorum  
 Est potius factis assimilanda Tuis.

---

(a) Nostram enim Novam Constitutionem omnibus aliis Constitutionibus Europa anteponit, ut omnes nostrates fatentur, qui ex peregrinationibus redeunt.

(b) Hæc non sunt figuræ Poeticæ, sed factis sole clarior veritas. Utinam Organum Sensorii petrificaretur iis, qui falsis adulatioñibus, veluti insidiosæ Sirenes, pessumdat Rectores Mundi!



Hæc etenim monstrant, quod mansuetudinis arte  
Servetur pulsō firma furore quies.  
Constans pacis amor, sapiens moderatio Regis  
Errantes animos pacificare docet.  
Humani fautor generis, spes certa suorum,  
Auxilium gentis deliciæque suæ;  
Accessu facilis, mixta gravitate verendus,  
Supplicibus portus confugiumque Sacrum.  
Quos quandoque premit paupertas indiga rerum,  
Hos recreas largâ munificâque manu.  
Nemo Tua à facie nisi munere latus abivit;  
Quisque suis precibus vidi adesse locum.  
Hæc prudens bonitas Musas attraxit et artes,  
Larga Viris doctis præmia distribuens.  
Hæc quoque justitiæ fecit splendescere Lumen,  
Juraque constituit Civibus æqua suis.  
Ut patrios etiam defendat ab hoste penates,  
Lechiacis Castris arma Virosque dedit.  
Sic Europæo Regnum hoc erexit in orbe,  
Ut propè jam primō gaudeat esse locō.  
Tertia nempè dies Maji celeberrima in ævum,  
Complevit populis jubila vera suis.



Omnia perfecit Magni prudentia REGIS,

Quæcumque optabat Natio tota sibi.

Hi sunt eximia parti ratione triumphi;

Hæc non armatâ fixa trophæa manu. (c)

Hæc ut sincero plausu sine fine perennent,

Publica vox populi Regia facta sacrat.

Quin etiam externas quod fundit fama per oras,

Aurea perpetuam dant monumenta fidem. (d)

Lechorum decus hic, flos Regum præteriorum,

Forma futurorum, robur et Imperii.

Formavit mores, Leges edictaque sanxit,

Artibus ingenuis, ingeniisque favet.

---

(c) Non uti alij cum pernicie generis humani famam quærentes.

(d) Exultans legi plenus amore piò Inscriptionem in Aureo Numismate hujus tenoris:

COMITIALI EDICTO LIBERTAS PUBLICA ADSERTA;

VIS LEGIBUS, ROBUR IMPERIO REDDITUM;

INSTITUTIS SOLII HÆREDIBUS;

ELECTIONUM PROCELLÆ

DEPULSÆ.



Pro tantis igitur Meritis Tibi Natio grata  
Suaviter acclamat voce animoque simul:  
Vive PATER Patriæ, et quos tanta sorte beasti,  
In dulci hos longo tempore pace rege:  
Plures Nestoreis Annos Tu Vive valeque:  
Impleat Omnipotens haec pia Vota DEUS.





F

XVIII.2.257